

Que necesse *sermo ad apostolos.*

sitatibus meis eripe me domine uide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea. *ps.* Ad te domine leuavi animas meas deus meus in te confido non erubescam. *Collec*

Asto domine propiti? plebi tue: et quam tibi facis esse deuotam? benigno refoue miseratus auxilio. *Ps.* *Lectio Ezechielis prophete.*

Hec dicit dominus deus. Anima que peccauerit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris et pater non portabit iniquitatem filii. Iusticia iusti super eum erit: et impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est. et custodierit uniuersa precepta mea. et fecerit iudicium et iusticiam: vita uiuet et non morietur. Omnia iniquitatum eius quas operatus est non recordabor: in iusticia sua quam operatus est uiuet. Nunquid voluntatis mee est mors impij dicit dominus. et non ut conuertatur a vijs suis et uiuat. Si

autem auerterit se iustus a iusticia sua. et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius: nunquid uiuet? Omnes iusticie eius quas fecit: non recordabuntur. In peruariatione qua preuariat? est et in peccato suo quod peccauit: in ipsis morietur. Et dixistis. Non est equa via domini. Audite domus israel. Nunquid via mea non est equa. et non magis viae vestre praeue sunt? Cum enim auerterit se iustus a iusticia sua quam operatus est. et fecerit iniquitatem: morietur in eis. In in iusticia sua quam operatus est: morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quas operatus est. et fecerit iudicium et iusticiam: ipse animas suam uiuificabit. Considerans enim et auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est: vita uiuet et non morietur. Dicit dominus omnipotens. *Graduale.* Saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. *Ps.* Auribus percipe domine orationem meam. *Secundum Iohannem.*

In illo tempore: Erat dies
festus iudeorum: et ascen-
dit iesus ierosolimā. Est autē
ierosolimis super pbatia pi-
scina que cognominatur be-
braice bethsaida: quinq; por-
ticus habens. In his iacebat
multitudo magna languen-
tium: cecorum claudorū. ari-
dorum. expectantiū aque mo-
tum. Angelus autem domi-
ni secundum tempus descen-
debat in piscinam: et moue-
batur aqua. Et qui prior de-
scendebat in piscinā post mo-
tionem aque: sanus fiebat
a quacūq; tenebatur infir-
mitate. Erat autem quidam
homo ibi: triginta et octo an-
nos habēs in infirmitate sua.
Hunc cum vidisset iesus ia-
centem. et cognouisset quia
multum iam tēpus haberet:
dicit ei. Vis sanus fieri? Re-
spondit ei languidus. Domi-
ne: hominem non habeo: vt
cū turbata fuerit aqua. mit-
tat me in piscinam. Dum ve-
nio enim ego: alius ante me
descēdit. Dicit ei iesus. Sur-
ge tolle grabbatum tuum: et
ambula. Et statim sanus fa-
ctus ē homo: et sustulit grab-

batum suum et ambulabat.
Erat autē sabbatum in illo
die. Dicebant iudei illi qui
sanus fuerat. Sabbatus est:
non licet tibi tollere grabba-
tum tuum. Respondit eis.
Qui me fecit sanum: ille mi-
hi dixit. tolle grabbatum tu-
um et ambula. Interrogaue-
runt ergo eum. Quis est ille
homo q̄ dixit tibi. tolle grab-
batum tuum et ambula? Is
autem qui sanus fuerat effe-
ctus: nesciebat quis esset. Je-
sus autē declinauit a turba:
cōstituta in loco. Postea in-
uenit eum iesus in templo:
et dixit illi. Ecce sanus factus
es: iam noli peccare. ne dete-
rius tibi aliquid contingat.
Abiit ille homo et nunciauit
iudeis: quia iesus esset qui fe-
cit eum sanum. **Offertorium**
Benedic anima mea domino et
noli obliuisci omnes retributio-
nes ei⁹ et renouabitur sicut aqui-
le iuuentus tua. **Secreta.**

Ascipe quesumus do-
mine munera nostris
oblata seruitijs. et tua propi-
tius dona santifica. Per do-
minū. **Comunio.** Erubescāt et
conturbentur omnes inimici mei

auertat retrorsum et erubescat ualde

Oratio. *Post co.* uelociter.
huius domine operationes my-
sterij et uicia nostra purgetur et
iusta desideria impleantur. *P.*

Gaudi nos *Sup psm.*
misericors deus et meritis
nostris gratie tue lumen ostende. *P.*

Sabbato ad sanctum petrum.

Intret oratio mea in conspectu
tuo inclina aurem tuam ad preces
meas domine. *ps.* Domine deus salutis
mee in die clamaui et nocte coraza-

re. *Gl.* *Hic non dicit dominus uobi-*
scum. usque per ymnus. Bndic-
tus. Sed oremus. flectamus ge-

Oplum tuum domine quod propiti-
respice atque ab eo flagel-
la tue iracundie clementer auerte

I. Lectio libri deuteronomij

In diebus illis: Locutus est
moyses ad dominum dicens. Re-

spice domine de sanctuario tuo et
de excelso celorum habitaculo
et benedic populo tuo israel. et terre
quaz dedisti nobis sicut iurasti
patribus nostris: terre lacte et melle
mananti. Audi israel Hodie dominus
deus tuus precepit tibi ut facias
mandata eius atque iudicia: et cu-
stodias et impleas ex toto cor-
de tuo et ex toto animam tuam. Dominus
elegisti hodie ut sit tibi deus. et
ambules in uis eius: et custo-

dias ceremonias illius. et man-
data atque iudicia: et obedias
eius impio. Et dominus elegit te ho-
die ut sis ei populus peculiaris si-
cut locutus est tibi: et custodias
omnia precepta eius: et faciat te
excelliorem cunctis gentibus quas
creauit in laudem et nomen glorie
sue: ut sis populus sanctus domini dei tui
sicut locutus est tibi. *Gradual.*

Propitius esto domine peccatis nostris
nequando dicant gentes ubi est deus
eorum. *Ps.* Adiuua nos deus saluta-
ris noster et propitius honorem nominis tui
domine libera nos. *Oremus. flecta-*

O Deus qui *mus genua.*

Onos in tantis periculis consti-
tutos per humana scis fragili-
tate non posse subsistere: da no-
bis salutem mentis et corporis: ut
ea que per peccatis nostris patimur
te adiunante vincamus. *P.*

II. Lectio deuteronomij.

In diebus illis: Dixit moyses
filij israel. Si custodieritis man-
data que ego precipio uobis. et fe-
ceritis ea. ut diligatis dominum
deum vestrum. et adhaereatis in omnibus
uijs eius adheretis ei: dispdet
dominus omnes gentes istas ante faciem
uestram: et possidebitis eas que ma-
iores et fortiores uobis sunt.
Omnis locus quem calcauerit pes
uester: uester erit. A deserto et libano